



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Ac de ipsius Ordinarii, n. 14

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

*Ac de ipsius Ordinarii licentia
ejus arbitrio dura-
tura.*

14: **H**anc clausulam non in omnibus hujusmodi concessionibus positam invenio : ubi, autem ponitur, Nota illud *ipsius* Significat enim debere esse licentiam Ordinarii paulo ante memorati, hoc est, loci, non vero, alterius cujuscumque.

Est autem ita necessaria hæc licentia, ut sine illa invalida sit Oratorii constitutio, quia Concessio hæc Summi Pontificis nihil operabitur, nisi accedente Ordinarii licentia, quam intervenire omnino Pontifex vult, si ergo illa non adest, non suffragabitur Papæ concessio.

15. Quod, si, idoneo existente, & bene ornato Oratorio, Ordinarius nolit malitiose licentiam concedere,

cedere poterit *a* cogi, ut concedat. Si autem non sit, qui cum cogere possit, probabile esse docent aliqui, *b* quod possit ibi celebrari, quia licentia justo petita, & injustè negata, quando nihil obstat in contrarium, ut certe nihil ob stare videtur in hoc casu, in quo adest tam expressa Concessio Pontificis, præsumitur ipso jure ab eodem Pontifice concessa

16. Sed quid importat illud *Ejus arbitrio*.

Respondeo. Sanchez *c* docet, quod hæc verba: *Si arbitratus fueris* importat arbitrium boni viri, arbitrium autem boni viri in eo differt *d* à libera voluntate, quod dum aliquid relinquitur liberæ voluntati alicujus ille ad nil tenetur, nec indiget causa, & stabitur de-

clara-

a Castrop. de Bull. Cruc. p. 6. num. 6. in simili. *b* Lud. à Cruc. in Bull. Cruc. d. 1. c. 5. d. 1. n. 4. & Diana p. 5. tr. 10. res. 77. *c* Sanch. in Cons. to. 1. l. 7. c. 1. dub. 55. n. 7. *d* Idem ib. n. 5.

clatatione suæ, siue justæ, siue in-
justæ, siue dignæ, siue indignæ,
quando vero fit commissio per ver-
ba importantia arbitrium boni vi-
ri, exigitur arbitrium recta regu-
latione commensuratum, & sic exi-
gitur causa: quia id dicitur arbi-
trium boni viri, quod bonus vir ar-
bitraretur *L. vir bonus ff. judic. solvi.*
Hæc ex Sanchez. Ex quibus fit,
quod Ordinarius non possit me-
read suum velle, sed solum justa
& rationabili causa exposcente,
datam hanc licentiam revocare.
Hac autem causa existente, poterit
non solum ex vi dictæ clausulæ
ejus arbitrio duratura, sed etiam
universaliter ex eo quod potest
Episcopus suspendere, vel inhibe-
re etiam Religiosos exemptos ne
in dictis Oratoriis celebrent,
quando forte sciret sine debi-
to decore ibidem celebrari. Et
ratio est, quia providere quæ-
cumque in sua Diœcesi ad divi-
num cultum spectant, perti-
net

net ex Tridentino *a* ad Episcopum.

Mortuo eo, cui concessum est hoc Privilegium Oratorii, perit concessio, quia Privilegium est, ut supra dixi, personale personam sequens; quod, quia, si attente perpendatur, non habet ullam clausulam, quæ significet perpetuitatem; post dicti privilegiarii mortem omnino desinere, seu finire necesse est. Mortuo autem summo Pontifice, vel Ordinario, qui Oratorium semel approbavit, non perit Oratorii concessio, quia est gratia facta, quæ non amittitur *b* mortuo, vel amoto ab officio eo, qui eam concessit.

18. Dices: licentiæ concessæ ad beneplacitum pereunt, mortuo concedente, quia post mortem nullum est, nec placitum, nec beneplacitum,

a Trident. sess. 21. c. 8. de reform. & sess. 22. c. 9. in Decret. de observ. in rel. Miss. & c. 8. de reform. *b* Sanch. l. 7. de matr. d. 28. n. 64.

placitum, unde, quia cessat conditio, sub qua fuit gratia facta, cessabit & gratia. Si igitur illud *eius arbitrio* significat, ut numer. 16. diximus, beneplacitum Episcopi, eo pereunte, cessabit eius placitum, & consequenter licentia.

Respondeo, quod gratia facta sub illa forma *Ad beneplacitum meum*, spiraret morte concedentis, probabilius quidem est propter rationem dictam, ac est etiam probabile *a* non spirare, sed prorogari post mortem, quousque revocetur à Successore. Ratio est, quia dum non est revocata, semper censetur perseverare eadem voluntas, & idem eius placitum, qui concessit. Quare non improbabiler idem esse, ait Castropalaus, *b* concedi gratiam sub his verbis *donec revocet vero*, ac concedi sub his *ad beneplacitum meum*: & sicuti omnes concedunt gratiam *donec revocet vero*

non

a Castrop. 10. 1. 17. 3. disp. 4. 16. §. 5.
n. 4. b Castrop. ib. n. 5.

non spirare morte concedentis, nisi à Successore revocetur, ita concedere omnes debere, nec spirare gratiam *ad beneplacitum meum*, atque adeo non solum Sacerdotem approbatum ad audiendas confessiones, donec Episcopus revocaverit, posse audire confessiones post Episcopi mortem, nondum à Successore revocata licentia, sed etiam approbatum ad ejusdem Episcopi beneplacitum. Pari igitur modo erit in casu nostro. Multo magis, quia in nostro casu ex contextu Brevis, ex fine concessionis, ex ipso usu, & praxi apparet unam tantum licentiam semel requiri, nec etiam timoratos unquam, mortuo Episcopo, iterum licentiam à novo Ordinario esse postulendam judicavisse.

Etiam Missam pro unoquoque die.

19. **S**I quis alterum in dicto Oratorio celebraret, vel celebrare